AUGUSTINUS
Admont, Mitte 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25972
Copyright: Admont, Benediktinerstift



miseriam confitentes. Predicas patrem. et eius filium. quē uocas
paternum intellectum seu mentem. et hoc medium. quē putamus
te dicere spm̄ scm̄ et more urō appellas tres dos. Vbi et si uerbis
indisciplinatis utimur uidetis tamen qualitercumq; et quasi pqueda
tenuis imaginationis umbracula quo tendendum sit. si; incarnationē
incommutabilis filii di qua saluamur ut ad illa quę credimus
uel exquantulacumq; parte intelligimus uenire possimus. non
uultis agnoscere. Itaq; uidetis utcumq; et sicut longinquo et si acie
caligante patriam in qua manendum est. si; uiam qua eundum ē
non tenetis confitemini tam̄ grām. quando quidē ad dm̄ puirtutē
intelligentię puenire paucis dicis esse ē cessum. Non enim dicis
paucis placuit. uel pauci uoluerunt. si; eū dicis ēē concessum. pro
cul dubio di grām non hominis sufficientiā ēfuteris. Uteris etiā
hoc uerbo aptius. ubi platonis sē tentiā sequens. nec ipse dubitas
in hac uita hominē nullom̄ ad pfectionem sapientię puenire. sed in
intellectum tamen uiuentib' omne qd de ē prouidentia et di grām
post hanc uitam posse compleri. Osi cognouisses di grām pdim
et pm̄ dnm nrm̄. ipsamq; eius incarnationē qua hominis animam
corpusq; suscepit. summū ēē exemplum grē uidere potuisses. S; qd
faciam. Scio me frustra loqui mortuo. S; quantum adte attinet.
quantum aūt ad eos qui te magni pendunt. et te uel qualicumq;
amore sapientię uel curiositate artium quas non debuisti discere
diligunt. quos potius in tua cōpellatione alloquor. fortasse non frus
tra grām di non potuit gratius cōmendari. quam ut ipse unicus di
filius in se incommutabilit̄ manens. induueretur hominem. et spē
dilectionis suę daret hominib' homine medio. qua ad illum ab
hominib' uenirentur. qui tam longe erat immortalis a mortalibus.
incommutabilis a commutabilibus. iustus ab impiis beatus a miseris.
Et quia naturalit̄ indidit nobis ut beati immortales q; ēē cupiam'
manens beatus suscipiensq; mortalitatem ut nob tribueret qd amam'.
ppetendo docuit contemnere qd timem'. S; huic ueritati ut
possetis acquiescere humilitate opus erat. quę ceruici urę difficillime
pstuaderi pot. Quid enim incredibile dr. pserim uob q
talia sapitis. quibus ad hoc credendū uos ipsos debetis. Quid in
quam uobis incredibile dr. cum dr ds assumpsisse humanā animā
et corpus. Vos certe tantum tribuitis animę intellectuali. quę
anima utiq; humana ē. ut eam consubstantialē paternę illi mentī
quem di filium confitemini fieri posse ducatis. Qd g incredibile ē